130

1511. 14. Augusti

## Sigism: 1. Rex Polon: Achili Cardinali:

Ea, quae nunc in rebus Nris necessaria videbantur, ad Rmum Dnum Cardinalem Regnum Protectorem Rmae Vrae abunde perscripsimus. Utque omnia cum Ptte Vra Rmad communicato consilio apud Sedem Aplicam agat, admonuimus, quam rogamus: Ne desse velit rebus nris, de qua non solum id Nobis pollicemur sed etiam certi sumus Eam satis superque tam Ruthenicae quam Scithicae et aliarum rerum Nos urgentium omnem seriem Anno superiore percaluisse. Ejusque studium et favorem ijsdem rebus Nris promovendis nunquam credimus esse defuturum. Nos enim in eadem sententia constanter permaneamus, quemadmodum Anno superiore coram diximus. Nos Vrae Ptti in his, quae ad eam augendam et ornandam attinent nunquam deesse velle, nec certe esse defuturos. Quae felix valeat. Datum ex Gnesne 14. Augusti 1511.